mochus ita interpretatur est; Et omnis qui uiderit te
recedet a te et dicet. dissipata est nineue. quis luge
bit eam? Porro LXX. Et erit omnis qui uiderit te. de
scedet a te. et dicet; Misera nineue quis gemit eam?
Unde queram consolationem illi? aptantes cordas; qui
ruinas uiderit nineue. et positam eam omnibus in
exemplum. expauescet atque mirabitur. et dicet;
Dissipata est nineue. quis commouebit super te caput; hoc
est quis dolebit super te. quis tuus esse poterit consolator.
que quamdiu potens fuisti quasi crudelis domina non
miserebaris seruis. nec paruulum respiciebas. nec
preparasti luctus tuis socium. que noluisti consortem
habere regnandi; Qui autem terrena contemnit. et
uene fice nineue maleficia despexerit. nec fal
sa pulchritudine eius fuerit irretitus. cum omnem tur
pitudinem illius intrinsecus uiderit. et coeperit odis
se quod ceteri diligunt. refugiet. resiliet ab ea.
siue ut a LXX dictum est. descendet; Quamdiu enim ter
rena honoramur. et putamus esse sublimia. uelud
in quodam superbie culmine sumus. et miramur pul
chritudinem nineue; Cum autem considerabimus na
turam eius. et omnia corporalia bona quasi humi
lia despexerimus. subicientes nos potenti manui
dei. tunc miserebimur nineuitis. et omnia

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 123, p. p.%20122 – Hieronymus, Commentarii in Ionam, Naum, Sophoniam, Aggaeum (http://www.e-codices.ch/en/csg/0123/p.%20122)